q - quod? 1184 quo ad hostium claustri accedat et eis ultimum valedicat.
Quod cum pie annuisset, deductus est inter manus nostras
per viam licet brevissimam, bis defecit et sociens pausavit. De-
hinc tercio conatu veniens in claustrum postquam est in sede
locatus, ilico fuit exanimatus trahens ultimum spiritum
tamquam iam moriturus. Quod cernentes hii, qui presentes
erant, festinaverunt eum inungere per manus domni Man-
duvini prioris et hoc facto post pusillum relevatus est, con-
fessionem publicam dixit, sicut apud nos moris est, in au-
dientia fratrum et sororum amare flentium et sic ad lectum
reportatur. Quatuor adhuc dies restabant usque ad obi-
korr. aus diligen- tum P tum eius, in quibus diligentem habuit tractatum cum se-
nioribus suis de successore, cuius erat consilium super dom-
num Petrum, priorem prius in Lunewiz, sed tunc in Kuniz.
Verum cum ille inexorabiliter recusaret, consensit in domnum
Ottonem, non quod valde ydoneus, sed quia tunc in illa pro-
fessione non esset melior. Qui etiam cum venisset ad visi-
tandum eum, recedenti fertur ita dixisse: Sicut fui cum Jos. 3,7
Moise etc. Litteras quoque superiores a domno Petro dictatas[1]
hoc spatio dierum fecit sibi presentari, vidit, legit, correxit, et
cum esset premortuus in ceteris membris, pollebat tamen
integro aspectu atque auditu insuper et expedita loquela
Feb. 17 usque in horam obitus sui. Sexta feria, que in hac luce sibi
extitit ultima, ultimam percepit communionem, filiis suis
post finalem ~~confessionem~~ sibi factam confessionem ~~item~~ tunc ad se
intrantibus propriis benedixit benedictionibus. Post hec omnibus

1) Wohl der oben S. angeführte Brief an den Zisterzienserorden